



IN NOMINE DNI AMEN AD PERPETVAM REI MEMORIAM

NOS SIGISMVNDVS III DEI GRA REX POLONIÆ MAGNVS DVX LITVANIÆ

RVSSIÆ PRVSSIÆ MASOVIÆ SAMOGITIÆ LIVONIÆQ NEC NON SVECORVM GOTTORVM VANDALORVMQ HÆREDITARIVS REX Significamus pntibus lris nostris quorum interest vniuersis & singulis. Quod cum Serenissimi antecessores nri præcipuam semper Ciuitatis nræ magni Salis Vielicien habuissent rationem, vt poti quæ in fodinis nris Salinarijs plurimum adferat commodi, ita, vt eam etiam vnam ex sex Ciuitatibus perpetuorum iudicum Commissariorum vltimæ instantiæ priuilegiatorum esse voluerint idem nobis quoq faciendum existimauimus hoc præsertim iniquissimo tempore, quo, cum multæ aliæ Ciuitates præcipuæ, tum illa quoq ad summam peruenit egestatem. Cumq in eadem Ciuitate Vielicien ab ipsa fundatione Aduocatia fuerit erecta quæ cum multis annis per diuersos insignes viros possideretur, tandem munificentia primum quidem Sermi Regis Vladislai, post modum Sermi Sigismundi primi, aui & antecessoris nri desideratissimi eidem ipsi Ciuitati Vielicien collata per eosq consensu eorundem Sermorum Regum accedente primum quo ad medietatem sub tempore memorati Regis Vladislai empta, postea vero præfati Regis Sigismundi primi tempore iuris ordine in reliqua medietate de manibus diuersorum possessorum redempta fuit. Eaq postea temporis successu legibus Regni sic disponentibus ad eximendum Gnoso Ioanni Sczerbicz Aulico nro per nos concessa per ipsumq per aliquot decreta nra redempta fuit. Is vero posteaquam illam annis aliquot possedisset, cò precibus Ciuium illorum adductus est, vt, de dimittenda eadē Aduocatia, certam cum eis fecisset compositionem permisisetq, vt ijdem Ciues Vielicien incorporationem eius Aduocatiæ apud nos & Regni nri Ordines impetrarent, vnde factum est, vt primum quidem Nobilitas totius Palatinatus CRACOVIENSIS in Conuentu particulari Proszovien vnanimi consensu id nuncijs suis in mandatis dedisset, tandem vero omnes ordines Regni in Conuentu præsenti generali idipsum a nobis peterent vt eandem Aduocatiā Ciuitati illi conferremus & perpetuis temporibus incorporaremus. Dedimus hoc itaq libenter tot intercessionibus Senatorum nunciorumq terrestrium ad præsentem Conuentum congregatorum vt primum quidem contractum seu compositionem per præfatos Ciues Vielicien cum memorato Ioanne Sczerbicz moderno eius Aduocatiæ possessore eo nomine factam approbaremus, prout iam ex nunc in omnibus punctis clausulis & conditionibus approbamus & confirmamus inhærendoq Constitutioni publicæ Conuentus moderni Aduocatiam præfatam cum omnibus eius agris, campis, fundis subditis, ædificijs censibus laboribus fructibus reditibus emolumentisq vniuersis, ita latè longè & circumferentialiter prout ex antiquo in suismetis limitibus & granicie bus erat & prout eam modernus possessor vigore commensurationis Commissarialis & decretorum nrorum tenuit & possedit Ciuitati prædictæ Vielicien eiusq Ciuibus in vsus Ciuitatis publicos iure perpetuo & hæreditario conferimus damus donamus & incorporamus temporibus perpetuis. Cum omni iure dominio proprietate & hæreditate per eandem Ciuitatem eiusq Ciues tenen haben perpetuo possiden atq in vsus vti præmissum est publicos Ciuitatis illius conuerten. nec non cum expressa & plenaria facultate atq potestate iudicia omnia ad Aduocatum spectantia tam Burgrabialia quam Exposita & quæuis alia iuxta contenta & præscriptum Priuilegiorum per Sermos Antecessores nros Ciuitati ill concessorum per Aduocatum seu Viceaduocatum per Consules ex medio antiquorum Consulum eligendum & Scabinos ex præscripto iuris Magdeburgen iudicandi tractandi & exercendi. Saluo ex eadem Aduocatia seruitio bellico tempore publicæ expeditionis nobis Reiq pub: præstando. Harum quibus sigillum Maiestatis nræ appensum est manu nra propria subscriptarum testimonio lrarum Datum Varsauiæ in Conuentu Regni generali die XXVI Mensis Februarij Anno Domini MDCIX, Regnorum nrorum Poloniæ XXII. Sueciæ XV. Præsentibus Illmis Rmis Rndis Illribus Magcis & Gnosis Alberto Baranowski Archiepiscopo Gneznen Legato nato et Primate Regni Primoq Principe Ioanne Zamoyski Archiepo Leopolien Petro Tylicki Episcopo Cracouien Benedicto Woyna Vilnen Matthia Pstrokonski Kuiauien Andrea Opalinski Posnanien Martino Szyskowski Plocen Simone Rudnicki Varmien Petro Wolucki Luceorien Laurentio Gembicki Culmen Regni Poloniæ Cancellario Georgio Zamoyski Chelmen Christophoro Kazimirski Kiouien Episcopis Ianussio Duce Ostrogiæ Castellano Cracouien Cerkassien Bialocerkewien Wlodimirien Pereaslauien Capneo Nicolao Zebrzydowski Palatino & Gnali Capitaneo Cracouien Christophoro Radziwil Duce in Olyka & Niesweż Vilnen Adamo Sandiuogio a Czarnkow Lencicien Maioris Poloniæ gnali Capitaneo Stanislao Zolkiewski Kiouien & Exercituū Regni Campestri Duce Rohatinen Kalussien Kamionaceng Capneo Ianussio Zaslawski Wolhyniæ Iacobo de Gawronij Pretficz Podoliæ Trebowlen Capneo Stanislao Krasinski Plocen Blonen Capneo Mattia Konopacki Culmen Graudentinen Capneo Georgio Kostka Mariæburgen Golubien Capneo Ludouico a Mortang Pomeraniæ Pokrzywnen Skarszowieng Capneo Palatinis Ioanne Comite ab Ostrorog Posnanien Mariæburgen & Garwolien Capneo Adamo Stadnicki de Zmigrod Calissien Premislien Kolen & Stryen Capneo Andrea Przyiemski Gneznen Kowalien Kowinieng Capneo Andrea Potocki Camenecen Bialokamenen Capneo Stanislao Garwaski Plocen Gostinen Capneo Adamo Mniszewski Cersen Stanislao Dzialynski Elbingen Tolkmiten Capneo Andrea Comite a Tecziyn Vislicien Hrodlen Capneo Andrea Firley de Dambrowica Radomen Petro Firley de Dambrowica Zawichostien Nicolao Olesnicki Malogostien Petro Gawronski Wielunen Stano Stadnicki Premislien Baltasare Stanislawski Sanocen Starogardien Szydlowieng Capneo Nicolao Spytkone de Bobrek Ligeza Cechowien Biecen Capneo Venceslao Kielczewski Brechowien Wschowien Capneo Ianussio Grzymultowski Bydgostien Srzeden Capneo Petro Chojnski Santocen, Constantino Plichta Sochacowien Stanislao Warszycki Varsouien Kobryznen Osieceng Capneo Adamo Kossobucki Wyszogroden Ioanne Podoski Ciechanowien Rozanen Capneo Stano Palonis Liuen Cernen Capneo Castellanis Christophoro Monwido Dorohostayski Mag Duc Lith Marsalco Nicolao Wolski de Podhayce Regni Curiæ Marsalco Krzepicen Capneo Leone Sapiha Mag Duc Lit Cancellario Slonimen Derpateng Capneo Felice Kryski de Drobnin Vicecancrio Regni Zakroczimen Capneo Hyeronimo Wolowicz Tesaurario Mag Duc Lit Henrico Firley de Dambrowica Præpto Plocen Scholastico Cracouien Refdrio Regni Ioanne Swietoslawski Referendario Regni Eustachio Wolowicz Referendario Mag Duc Lit Andrea Bobola Succamerario Pilzn Capneo Stanislao Siecinski Præpto Cracouien Posnanien & Pultouien Canco Andrea Lipski Custode Gneznen Scholastico Plocen Canco Cracouien Mattia Lubinski Præpto Lecicien Canonico Gneznen Reynoldo Eindensten Martino Mirucki Canco Gneznen Secretarijs nris & alijs quam plurimis Dignitarijs Officialibus & Aulicis nris tum etiam Nuncijs terrarum Regni & Mag Duc Lit ad pntem Conuentum congregatis.

DEO OPTIMO MAXIMO FAVENTE.
SERMO SIGISMVDO III REGE COSENTIETE
MGCO STAO CIKOWSKI SVCC CRAC CAPNEO WIELICIE PERFICIENTE.
HIERONIMO GORTACKI HVIC OPERI INSERVIENTE
HÆC ADVOCATIA CIVITATI VIELICIEN INCORPORATA EST.

Sigismundus Rex

Mart Mirucky

[illegible]

Przywiley [illegible] Zygmunta

incorporowaniego Miasta Woy[illegible]

Numero 11mo

W. 1mo

1609.

1609

1609